Sit omnibus notum quod ego Francischa filia Stephani Calvetici(?) parrochie de Rivoluturo(?) de Colles(?) uxorque Johannis Sisteri eiusdem parrochie libera et franca
videlicet ab omni dominio et servitute cuiuslibet domini decenalis gratis et spontanea voluntate et me facio feminam propriam et solidam vestri dicte domine
Constancie de Palaciolo suppriorisse monasterii Sancti Danielis Gerunde et vestri successorum in dicto officio vero suppriorat(us) una cum omni prole
ex meo corpore procreanda et cum omnibus meis bonis mobilibus presentibus et futuris [illegible] quod causa matrimonii intravi mansum Sisteri de [illegible]
[illegible] quem nos habetis et habere debetis homines et mulieres in ipso manso residentes facientes promitto quod ero vobis et vestris fidelis de quibus vos
bona et fidelis et legalis tam de corpore quam de avere et quod non petebo causa morandi vel domicilium transferendi aliquam civitatem villam castrum vel
alium locum privilegiatum nec aliud faciam vel tractabo per quod nos vel vestri possitis amittere et alius dominus lucrari immo semper vos et vestros nobis
successores pro meis dominis naturalibus obligando propter hec vobis omnia bona mea mobilia presentia et futura ubique habita et habenda iurans
sponte per deum et eius sancta quatuor evangelia a me corporaliter tacta predicta et suprascripta omnia et singula semper rata grata et firma habere
tenere et servare attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire aliqua ratione. Et de hiis pro predictis facio vobis homagium ore
et manibus commendatum. Actum est hoc in monasterio sancti Danielis Gerunde die decima mensis Februarii anno a nativitate domini millesimo
trecentesimo nonagesimo nono. Signum mei Francische predicte que hec firmo et laudo atque iuro.

Testes huius rei sunt Religiosus vir frater Franciscus Lopardi de ordine fratrum predicatorum Gerunde et Petrus Matses capellanus in dicto monasterio sancti
Danielis Gerunde.

Signum Petri de Pratis(?) notarii publici substituti auctoritate regia a [illegible] de Olivolongo iurisperito notario bajulie et vicarie Gerunde [illegible] qui hec scribi feci et clausi cum
suprascripto per me in linea viii° ubi ponitur "videlicet".

Aniversari de [illegible] pitança [illegible] Francisca muller d'en [illegible] Flores per [illegible] ninada en lo mes [illegible] Cadeleu [illegible] del superiorat de S.t Daniel

nº 1028
1090
10-2-1397
T. 140 x 313